



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 54. Altera Cardinalium congregatio pro electione Pontificis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

§. LIV.

Sæcul. XV.

*Altera Cardinalium congregatio pro
eleccióne Pontificis.*

A.C. 1417.

Nec tamen pròpterea Purpurati vel latum unquem a proposito suo dimoveri poterant, sed sequenti die undecima Septembbris denuo congregantur, ac libelli sui lectionem, quæ nuperrime ob Cæsaris discessum interrupta erat, absolvunt. Refert Schelstratus, quod Sigismundus perspecta Cardinalium constanza, primo omnes carceribus mancipare decreverit, postea tamen nonnisi sex eorum incluserit, octo quoque Episcopos relegandi consilium cæperit. Ast mitissimum Principem adversus neutrum eorum quicquam tentasse, longe credibilius est. Interim Cardinalium firmitas adeo expugnari non poterat, ut Senensem etiam ac Bononiensem Cardinales, Patriarcham Antiochenum, Mediolani Archiepiscopum, atque Adriensem Antistitem, qui Cæsari hucusque suffragabantur, ad suas traherent partes, quibus demum & Angli accefferant.

§. LV.

Germanorum libellus pro reformatione.

Germani his minime territi, nequaquam vietas dederunt manus, sed Synodo
Hist. Eccles. Tom. XXVI. X obtu-